PLATO. ARISTOTELES

Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

ac ab illis dissidenti in invidia simul furoreque repleri, verum
ad disposita quedam ac eodem modo se semper habentia intu-
enti et que nulli inferat iniuriam aut ab ullo patiatur
sed ornate et ratione dirigantur ea porro imitari ac
illis se simillimum efficere aut possibile existimas cui quis
maxime obversetur admiretur quod non illum imitari /
Adi. Impossibile inquit. So. Divino igitur philosophus homo
atque composito conversans divinus et honestus in quantum homini fas
est demum reddetur, calumnia vero in omnibus permaxima
Adi. Prorsus inquit. So. Enim necessitas inquam illi affu-
erit ut que illic intuetur ad mores hominum referre opor-
teat privatim atque ac publice statuere non autem se solum fingere
numquid ipsum inutilem artificem putas esse temperantie
iusticie ac omnis denique virtutis popularis. Adi. Neutiquam
Capitulum quod philosophus rempublicam ad dei similitudinem inquit
dimensionem dispositurus sit per exemplum picture elegantissime
demonstravit et quod difficile sit non tamen impossibile talem reperiri
posse rempublicam. Socrates Adimatus

Si qua plurimi itaque cognoverint nos veros
de ipso locutos esse numquid philosophis deinceps
irascentur aut nobis affirmantibus minime con-
cedent nullam civitatem aliquando felicem esse posset nisi prius
eam depinxerint qui divino exemplo utuntur depictores
Adia. Non profecto irascentur inquit si intellexerint.
sed quonam picture modum fore autumas. So. Sumen-
tes inquam ut tabulam quandam civitatem ac mores
hominum primum quidem quod haud facile est puram reddent. #vra siti do
~~civitatem~~ Hoc etenim hoc statim ab aliis plurimum
differre neque privatim neque civitatem aut leges illos
velle pingere nisi prius eam aut mundam sumpserint
aut ipsi perpurgaverint. Adi. Et recte inquit. So. Num
post hec igitur civilitatis formam eos putas descripturos